Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 2da

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Resp. ad minorem: intellectus fertur in falsum, si dissentiat in virtute veri: intellectus enim ... aliter dissentit falso, nisi quatenus agnoscit illud vero adversari. Quaeritur 2do, utrum ad hoc, ut voluntas feratur in suum obiectum idem obiectum debeat esse actualiter cognitum

Quaestio 2da

Utrum ad hoc, ut voltas feratur in suum obiectum idem obiectum debeat esse actualiter cognitum.

Hanc quaestionem in praesenti articulo tractat et praeponit S. Doctor sub his terminis: utrum voluntas moveatur ab intellectu. Sciunt enim intellectus movere voluntatem, eamque determinat, quoad specificationem, et vicissim voluntas movere intellectum, et determinat quoad exercitium, non autem quoad specificationem. Nam voluntas, utpote libera non tam aliis potentiis, sed et intellectui imperat, ut exeat in actus suos v.g. ut de re, quam ante apprehendit confuse et leviter, nunc cogitet attentius et distinctius expendat, qua de re plura infra, et hoc difficultatem non habet. At difficultas oritur, utrum quandocunque voluntas operatur, necessario de eo circa quod operatur libere debeat notitia intellectus; adeoque utrum sit simpliciter impossibile fieri voluntatem elicere actum, non praemotam ab intellectu; et hic status quaestionis.

Concludo, mas loquendo de potentia Dei ordinaria impossibile esse, ut voluntas quidquam operetur, non praesente ac perseverante semper aliqua notitia intellectus circa obiectum illius effectus. Ita post Aristotelem tenent fere omnes scholastici.

Probatur primo ex dictis, ut videtur, quae de notis principiis in philosophia morali: ignoti nulla cupido: item nihil volitum nisi cognitum: item ubi amor ibi oculus.

Pbtr 2do à priori: quia creatus amor, seu actio vitalis voluntatis affectus; id est maxime essentialis voluntarius: atqui voluntarium definitur id, quod procedit ab appetitivo principio, previa cognitione ergo.

Conclusio 2da. Ijdem de potentia Dei absoluta non implicat, quod voluntas feratur in suum objectum sine previa cognitione, modo Deus suppleat defectum suppletionis. Baludanus, Arg. gran. contra Conclusionem. Ratio est: quia cognitio in presente influit in actus voluntatis, sed tantum conditio applicans objectum voluntati, eamque ad actum secundum determinans; sed Deus potest et objectum voluntati applicare, et eam ad actum 2dum determinare. ergo. Major satis se patet quia adequatum effectivum principium actuum voluntatis est causa jma, voluntas et potentia. minor probatur. objectum voluntati applicatur et ipsa ad actum 2dum determinatur sola manifestatione bonitatis objectivae, atqui Deus potest voluntati manifestare bonitatem objectivam. ergo.

Pbtr. 2do voluntas sine previa cognitione determinatur ad actum 2dum à voluntate, ergo et voluntas ad amorem ad alium actum à Deo poterit determinari

Objicitur jmo. objectum voluntatis est bonum cognitum. ergo.

Resp. distinguo antecedens: bonum cognitum in sensu diviso antecedens et consequentia negatur. in sensu composito negatur antecedens. Ratio est: quia cognitio non est formalis ratio voluntatis, sed tantum conditio sine qua non.

Objicitur 2do. quod voluntarium est procedit à principio intrinseco cum cognitione finis, ut loquuntur actus voluntatis sunt voluntarij, ergo cum cognitione et c.

Resp. ad Majorem. voluntarium dicere potest jmum id, quod à principio intrinseco: secundum cum cognitione. jmum est essentiale voluntatis et intrinsecum; secundum vero extrinsecum et ab alio supplebile.

Conclusio 3tia. Simplex apprehensio intellectualis absque judicio intellectuali non sufficit ad voluntatem libere movendam. S. Th. h. ad secundum.

Sextus: Major; est contra scholas & contra aliqua de aliis.
ratione: quia, ni sequeretur bruta fore libera, quia etiam sua species
apprehendunt, vel convenientiam vel disconvenientiam suo modo.
Sexto quia actualis libertas consistit in electione unius prae alio, quod quidem
libertas non exercetur nisi inter duo opposita.

Notandum dictum. ad voluntatem libere movendam
quia et simplex propositio objecti apprehensi, ut convenientis vel disconvenientis
habet vim sufficientem movendi voluntatem ad operandum. Ratio: quia
voluntas essentialiter appetit bonum sive propositum, atqui etiam per simplicem
apprehensionem bonum vel malum repraesentatur voluntati.

Objicit cum Scoto per simplicem apprehensionem moveri
appetitus sensitivus, ergo eadem appetitus intellectualis per simplicem
intellectus apprehensionem. Accedit quod S. Thomas in 2da 2dae
q. 1 art. 3. art. 1. videatur concedere motus primos in voluntate oriri ex appre-
hensione incomplexa & simplici. Resp. simplici apprehensione semper
conjungi judicium quoddam simplex, sed nullum tale judicium conjungi
ut apparet v. g. in cane bove lupum cernentibus, quorum ille viso lupo
sistit, quia mere apprehendit lupum; hic vero fugit, quia aestimat illum
aestimatione quadam incomplexa & naturali lupum sibi noxium.
Quare negamus apprehensionem omnis actio judicii deliberati vel indeliberati
appetitum carere quoad primos motus in voluntate: concedimus autem judicio carentem
ad simplicem apprehensionem movere voluntatem. Ad S. Thomam
quod attinet sumit is apprehensionis nomen ibi laxius, pro
qualicunque actione intellectus indeliberata.

Conclusio 4ta judicium speculativum non sufficit ad movendam
voluntatem. Ista communis Probatur hic conclusio ab experientia quotidiana in
scholis, ubi de rebus variis judicia speculativa formantur sine ulla voluntatis

nobis erga res illas: sic v. g. declarare judicium speculativum et dispositionem practicum in eo, quod speculativo judicio praecise objiciatur obiectum aliquod, et non ipse actus humanus aliquis circa idem obiectum v. g. Deum esse bonum sapientem &c. non sunt judicia nisi speculativa: at v. g. Deum amandum esse aut amabilem &c. sunt judicia practica; quoniam horum obiectum est aliquis actus humanus circa Deum. priora igitur illa judicia non sufficiunt ad movendam voluntatem; sed requiritur aliquod ex posterioribus videlicet practicum modo mox explicando.

Conclusio 5ta: judicium intellectuale practicum sufficit ad movendam voluntatem sive sit Imperativum sive insinuativum ut vocant, et quod deliberale: prius et practice practicum vocant. judicium practicum insinuativum est, quod sufficit quidem ad movendam voluntatem, alter ex illo actus voluntatis non sequitur necessario: cujusmodi est Deum esse amabilem laudabilem &c. Imperativum autem movet voluntatem cum efficacitate, et semper sortitur effectum, cujusmodi est hoc, Deum hic et nunc esse amandum &c: fac hoc &c. et utrumque horum ad movendam voluntatem sufficit, quia cum ambo eorum objiciunt actus voluntatis, adeoque afficiunt voluntatem ex probabilitate eorum.

Nec refert, quod dicitur a quibusdam ad movendam voluntatem requiri judicium practice practicum: loquuntur n. de judicio efficaci, non de sufficienti, quod non est contra nos: dicimus n. judicium practicum quodvis esse sufficiens ad movendam voluntatem, interim fatemur imperium intellectuale efficacius esse, et voluntatis necessitativum.

Arguitur 1mo ab experientia: experimur n. inquiunt Bonav. et Gerson, ex tacitos, bonum operari voluntatem, dum sapientes et intellectus

R. extases non audere sopito omni actu intellectus, nemo enim alioquin ex illis qui extasim experti sunt, postea de eadem haberet reminiscentiam. Verba gaudium & amor Apostoli Pauli dum erat raptus in 3tium cælum, fuit de rebus ipsi haud ignotis, sed de ijs, quas vidit ipse per mentem, ut ipse testatur cum ait, se audivisse arcana, quæ utique aure carnis non audivit, nam sæpius videre & audire sunt synonima.

Arguitur 2do. Eadem experientia docet, voluntatem posse durare in suo actu cessante interim intellectu, ut si quis de Deo cogitans moveatur ad eum amandum, ille postmodum per aliquod tempus continuare amore cessante omni cognitione. — R. illam experientiam non minus fallere quam primam; nam potius experimur contrarium, videlicet, quod quo cognitio de objecto amato paulatim minuitur, minuatur etiam & decrescat fervor amoris, & cessante omni prorsus cognitione, cessaret amor: ergo non minus est necessaria cognitio ad actum voluntatis inchoandum, quam continuandum.

Arguitur 3tio. voluntas movet intellectum, quoad exercitium actus (1.) h. e. ad actualem cognitionem, ut docet S. Thomas h. & nos paulò ante diximus; ergo actus voluntatis, quo movetur intellectus ad primam cognitionem actualem, non potest oriri ex priori cognitione ut patet: ergo datur aliquis actus voluntatis absque prævia cognitione. — R. intellectum ad primam cognitionem non moveri à voluntate quoad exercitium actus, sed ab auctore naturæ vel aliqua alia causa extra; sed subsequentes vero actus & cognitiones posse moveri intellectum à voluntate, ita tamen, ut cognitiones illæ necessario oriantur ex præcedenti aliqua & imperfecta cognitione, sive ipsius rei, de qua cogitatur, sive eius accidentium, quibus excitatur memoria.

Arguitur 4to voluntas secundum Thomam art. 4. movet seipsum ad operandum; ita ut ipsa tamen, supposito concursu

cãa voltis, sit affectivum principium perfectivum sui actus, quod non hbt opus cognitione aliqua, quae ipsam ad agendum moveat, & adjuvet, alias intellectus eßet comprincipium eliciens & efficiens volitionem, quod est absurdum.

R. voltem ita movere seipsam ad operandum, ut ipsa sola sit principium eliciens actum voltis, adeoque ipsius cãa perfecta, ac proinde nec intellectum, sive cognitionem nec obtm ejusdem volitionis causam elicientem esse, ut recte vult argtm. Sed tamen nihilominus opus hbt voltas, ut moveatur ab intellectu proponente obtm, in quod non pt ferri, nisi per cognitionem debito modo applicetur. Et ideo dicitur intellectus movere voltem quoad specificationem actus, quatenus nimirum intellectus proponit obtm hujus & illius speciei, ita tamen, ut obtm proprie & per se specificet voltis actum; intellectus vero non per se, sed ratione obti quod volti proponit. Quaestio 3. utrum voltas moveatur ab appetitu sensitivo.

Quaestio 3tia

Utrum voluntas moveatur ab appetitu sensitivo.

Conclusio 1ma. Appetitus sensitivus saepe movet voltem ad agendum. S. Th. hic, & est cõis, & experimento nota peccantibus, v. g. luxuriose, iracunde &c. Probatur 1mo 1ma Petri 2do. carnalia desideria militant adversus eam. Danielis 13. concupiscentia subvertit cor tuum, & alibi &c. Probatur 2do ex SS Patribus. S. Bern. serm. 58 in cantica: velimus, nolimus, inquit, habitare Jebusaeum intra fines nostros, & potest eum subjugari, sed non exterminari. & alij passim.

Conclusio 2da. Appetitus sensitivus non movet voltem immediate